tione erit propriū nomen
¶ Queritur· In quo casu debent poni noīa propria sanctorum cum predicto verbo constructa· Solutio· In accō mediante prepōne specificāte· vt vado ad Jacobū et nō sanctum iacobum absolute· quā prepōnem quidam sic intelligunt · vado ad locum sancti Jacobi
¶ Nōndum quod sicut domus in singlari numero caret rectore secundum precedentem regulam· Ita etiā inuenitur carere in plurali numero Ouidius· Quo ruitis vrās quisque redite domos·
¶ Queritur· vtrum noīa maiorum locorum inueniātur carere rectore Solutio sic· secundum voluntatem poetarum· Uirgilius Italiā fato lauinaque litora venit In quibus tamē secundum quosdam est eclipsis· i· defectus prepōnis ad·
¶ Nōndum· quod isti tres acci pluralis numeri etiam cōstruūtur cum verbo importante motum ad locum· s· inficias suppecias et inferias · Exemplum primi· vt petrus iuit inficias· Inficari idem est quod negare· Exemplum secundi· vt eo suppecias· et significat idem quod auxilium Exemplum tertij· vt horrestes mrēm occiso patre inferias misit· i· ad inferos misit vel occidit
¶ Queritur· quot de causis accūs ponitur absolute Solutio· duabus de causis· Primo causa breuitatis· vt deo gratias · Scdo causa relatōnis· vt ver et estatem tu plasmasti ea

## De vocatiuo casu

¶ Queritur· vtrum vtūs ponitur absolute Solutio nō· sed oīs vtūs explicite vel implicite regitur ab illo aduerbio vocandi o· hoc autē patet per diffinitionem regere quod est coartare dcōem casualem in tali casu· s· ita quod nō potest stare ab alio· quod fit ab illo aduerbio vocandi o· vt o iacobe· Illa est congrua· sed si dicatur· o iacobus· illa est incongrua·
¶ Arguitur· dicit florista· Accipias quantum tu quēlibet esse solutum Et non dicatur quod ab vlla parte regatur Solutio· nō vult quod absolute ponatur simpliciter sed vult quod nō regatur ab aliqua parte verbi nec a parte añ nec a parte post Sed contra dicit· Tu semper quantum dēs absoluere casum· ergo semper respcū cuiuscunque orōnis non regitur Et addit priscianus ntūs et vtūs absoluti sunt Solutio absolutum nō dicit ibi priuationē regiminis· sed priuationē constructōnis intrāsitiue vt exponit priscianus· absoluti sunt· i· intrāsitiue construūtur
¶ Queritur· quare alexander nō dicit aliquod de regimine vti · Solutio · forsan suo tempore cōtrarie fuerunt de illo opiōnes quarum neutri volens contradicere caute siluit· Uel ideo· quia solum regitur ab aduerbio vocandi o quod oibus est manifestum et facile· sed ars est circa difficilia scdo ethicorum· vt Therentius in adelphe· O mi quid faciam · quid damē· quid querar O celum o terra· o neptuna vade· Ibi omēs illi vti reguntur ab illo aduerbio vocādi o·
¶ Queritur· vtrum vtūs ponitur absolute: et quot modis Solutio sic· et tm̄ vno modo· s· causa breuitatis Exēplum vt charissimi· i· o charissimi omne datum optimum: et omne donum perfectum desursum descendit a patre luminum · Et hic· fratres· i· o fratres expurgate vetus fermētum·